

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 467

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1188, 17 avril-1188, 31 octobre]

**Lieu d'émission :** Roye

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation par Philippe-Auguste du partage fait par Guillaume de Courcelles, connétable du Vexin, de la forêt de Genainville dite de Saint-Pierre de Jumièges entre les religieux de Jumièges et les habitants de Genainville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 19, p. 6 (fragment).
- b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CLIII, t. 2, p. 96-97.
- c. Berger Élie, Delaborde Henri-François, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 1, années du règne I à XV (1er novembre 1179-31 octobre 1194), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; V), 1916, n° 243, p. 297-298.

## Dissertation critique

Datation proposée par BERGER/DELABORDE, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 1, p. 297.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Que bono zelo geruntur, litterarum apicibus decet commendari, quia homines decedunt, in quorum oculis negotia geruntur, ut quod oblivionis morsibus atteri poterat, vivaci littera conservetur et memorie commendetur. Noverint ideo universi presentes pariter et futuri quoniam partitionem nemoris de Genesvilla, quod dicitur nemus Sancti Petri Gemmeticensis, quam Galterus de Corcellis tunc constabularius Vilcassini fecit, unde scilicet contentio erat inter monachos Gemmeticenses et homines Genesville, concedimus. Cujus nemoris medietatem, sicut a Curia Gigantis usque ad Fossam Cateritiam, et a Fossa usque ad Altam Fagum supra viam Medunte, secundum rectam lineam, protenditur versus nemus Guerrici et terras cultas de Genesvilla, abbati Roberto et monachis Gemmeticensibus ad extirpandum et colendum, salvo alieno jure, concedimus. Altera vero medietas, sicut a predicta Fossa et Fago versus nemus de Vilers et de Alodiis, et a Curia Gigantis versus haïam de Morlu extenditur, in commune usuarium totius ville, salvo jure Gemmeticensis ecclesie, remaneat. Quod ut perpetuum et inviolabile robur optineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate ac regii nominis karactere inferius annotato precepimus confirmari. Actum publice apud Roiam anno ab incarnatione Domini. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. octavo, regni nostri anno nono, astantibus in palatio

nostro quorum nomina supposita sunt et signa S[ignum] comitis Theobaldi dapiferi nostri. S[ignum] Guidonis buticulari S[ignum] Mathei camerarii. S[ignum] Radulphi constabulari.  
vacante (Monogramme du Roi composé des lettres du mot PHILIPPUS) cancellaria.